



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089


Dominica Sexagesimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

liciter laborant pro peccato obrinendo. II. Sunt, qui pro terra & cælo simul laborare non cessant.

THESIS XIII. *Murmurabant.*
 Matth. 20. v. 11. I. Murmurationes *Egenorum* sunt oppositiones *Gratiæ Paupertatis*. III. *Agrorum* oppositiones *Gratiæ Martyrij*. *Diction. Apost.*

THESIS XIV. *Tota die otiosi. Tempus.*
 Matth. 20. v. 6. I. Oportet non *profanare Tempus*, quod Deo debemus. II. Oportet non *suffurari Tempus*, quod proximo debemus. III. Oportet non *dilapidare Tempus*, quod nobis concessum est pro *Salute æterna*. *Diction. Apostolic.*



DOMINICA SEXAGESIMÆ.

THESIS I. *Qui habet aures au-* *Concio.*
diendi, audiat, Luc. 8. v. 8. Quatuor sunt Auditorum differentiæ. I. Quidam *Audiunt*, sed non retinent, ut *obliviosi*. II. Quidam *Audiunt, & Retinent*, sed non faciunt, ut *Desidios.*
 E 3 III.

III. Quidam audiunt, & retinent, & faciunt, sed non complent, ut Negotiosi. IV. Quidam audiunt, retinent, faciunt, & Complent, & hi sunt Studiosi & Virruosi. S. Bonav. in c.2. Luc.

THESIS II. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Luc. 8. v. 8. Auditorum mira diversitas: I. Aliqui non adfunt, sed tantum audita ab alijs audiunt. II. Aliqui adfunt, sed non attentè audiunt. III. Aliqui attentè audiunt, sed non credunt. IV. Aliqui credunt, sed non retinent. V. Aliqui retinent, sed non redigunt in praxin.

*Verbum
Dei.*

THESIS III. *Audientes Verbum retinent, & fructum afferunt.* Luc. 8. v. 15. Verbum Dei auditum. I. Illuminat intellectum. II. Roborat mentem spe. III. Accendit charitatem. IV. Præservat à vitijs. V. Provocat ad pœnitentiam. VI. Incitat ad virtutem. VII. Solatur in tribulationibus. Faber. Conc. 6. Dom. 6. post Epiph.

THESIS IV. *Corde bono & optimo audientes.* Luc. 8. v. 15. I. Verbum Dei retinendum, II. Verbo Dei credendum.

dendum. III. Verbo Dei obediendum. *La Selve hic tom. I. fol. 193.*

THESIS V. *In spinas cecidit. Luc. Divitiæ.*
8. v. 14. Spinæ utique sunt divitiæ, quæ I. cum acquiruntur, pungunt per laborem. II. Cum habentur, pungunt per timorem. III. Cum perduntur, pungunt per dolorem. *Hugo de S. Caro in Ps. 51.*

THESIS VI. *Cum turba plurima Concio.*
convenirent. Luc. 8. v. 4. Ex protracto Christi Sermone triplex oriri potest quæstio. I. An expediat breves, vel longas. II. Lenes, an severas. III. Ingeniosas, an simplices habere conciones?

THESIS VII. *Venit Diabolus & Concionator tollit Verbum. Luc. 8. v. 12.* I. Quod *tor.* Concionator Sermone carpat Auditores, mirum non est. II. Quod verò Auditores agant in Concionatorem, hoc certè mirum est. III. Et quod clam loquantur contra eum, qui palàm ipsis locutus est, hoc summè mirum est.

THESIS VIII. *Exiit, qui seminat, qui seminare. Luc. 8. v. 5.* Sicut in agrorum cultura I. Bonam esse imprimis

mis terram oportet. II. Tum seminandum peritum *Agricultor*. III. Denique bonum *Semen*: pari modo *Terræ* fructum, *Agricultor* Præceptorem, *Seminibus* institutiones, & præcepta assimilabis. *Plutarchus de tract. de liberis educand.*

Concionis
fructus.

THESIS IX. *Corde bono & optimo audientes.* Luc. 8. v. 15. I. Per Prædicationem Verbi Dei nata est Ecclesia. II. Per Prædicationem Verbi Dei debet nutriri Ecclesia. III. Per Prædicationem Verbi Dei foecunda redditur Ecclesia. *Dict. apost.*



DOMINICA QUINQUAGES.

Cæcus.

THESIS I. *Domine, ut videam.* Luc. 18. v. 41. Duo Cæcitatibus Spiritualis genera mundus nobis exhibet. I. Primum illorum, qui *nihil* vident. II. Secundum illorum, qui *nihil* vident. Sen: Primum illorum, qui *vident, quæ non sunt*, & quæ non oportet videre: v. g. vident in bonis
tem: